

NICOLAI  
**REMIGII**  
SERENISS. DVCIS  
LOTHARINGIÆ A CONSILIIS  
INTERIORIBVS, ET IN EIVS  
DITIONE LOTHARINGICA  
cognitoris publici  
**DÆMONOLATREIÆ**  
LIBRI TRES.

Ex Iudicijs capitalibus nongentorum plus minus hominum, qui sortilegij crimen intra annos quindecim in Lotharingia capite luerunt.

*Ad illustrissimum Principem, amplissimumque Cardinalem  
Carolus à Lotharingia.*

LEVITICI CAP. XX.

Vir siue mulier, in quibus Pythonicus vel diuinationis fuerit spiritus, morte moriatur.



LYGDNII,  
IN OFFICINA VINCENTII.

M. D. XCV.

COLL. SOC. IESV SALM. EX DONO REGVM.



ILLVSTRISSIMO

PRINCIPALI AMPLISSIMO

QVE CARDINALI CAROLO

ALOTHARINGIA DOMINO  
suo colendissimo

NICOLAUS REMIGIVS

*felicitem exoptat perpetuam.*



CCESSIT ad eam temporum, in  
quæ nostra ætas incidit miseriam  
ac calamitatem hinc longè maxi-  
mus malorum cumulus (Princeps  
illustrissime) vt iam nihil sit adeò  
in proclui, quòdque æquè pro  
nihilò ducant homines, quàm non dicam maio-  
rum spreis institutis insolentes cultus ac religio-  
nes sibi ad libidinem fingere ac comminisci, sed  
etiam ipsam de Deò, cui cæteræ omnes natu-  
ra parent, persuasionem ac opinionem penitus  
exuere atque à se abdicare. Quorum quidem  
multos labefactauit pertinax ac curiosa temeritas.



## IN DÆMONO-

## LATREIÆ

## LIBRVM PRIMVM

## PERIOCHA.

\* \* \*

**V**Os Erebi Diræ pallentis maximus horror,  
 Et rerum toto malè formidabilis orbe  
 Pernicies: vestros dū dicere carmine cætus,  
 Iuratâsque illis pestes, mentitâque Diuinum  
 Numina, & insanis glomeratos artibus imbres  
 Persequor, a suetam rabiem murmurque tenere:  
 Non vult, aeternum qui vos vlciscitur, ire  
 Longius ignotas, quas explorare soletis  
 Mortales circum, insidias: satis hactenus error  
 Mendaci multos tenuit rumore, videri  
 Nugas, quæ vulgus de vobis narrat, amiles  
 Qualiâque Alcinoo veteres pomaria fingunt.

Est qua securos aduersis vndique rebus  
 Spes iubet esse homines: est qui sic pectore toto  
 Heret amor fixus, vindicta ut nulla libido  
 Qualibet offensa diuellere posse putetur:  
 His per diuersas aditum sibi comparat artes  
 Ad mentes hominum Daemon, dum peruigil illis  
 Instruit insidias, atque astu perdere tentat.  
 Nam si forte aliquem vel deplorata domi res,  
 Vel rabidi contracta fame indignatio ventris,

CAP. I.